

V c
1753



d. 11. 57.

CVM

Vc
1753

GENEROSI DOMINI

IOANNIS PATOVII

DYNASTAE IN NEVDECK, GLICHE

ET MALLENICHEN

LEGATARIVM BENEFICIVM

MANV ALMA

GENEROSAE MATRONAE

DOROTHEAE SOPHIAE

VIDVAE PATOVIAE

SYFFRAGANTE IN PRIMIS

HONESTISSIMA VIRGINE

DOROTH. FRIDER. ELEONORA

AMPLISSIMI VIRI

FRIDERICI GVILIELMI

HEROLDI

ICTI

REGIS BORVSSI A CONSILII BELLI AC DOMINII

IN DVCATV MAGDEBVRGENSI

ET CONSVLIS PRIMARI

IN CIVITATE HALENSI

LECTISSIMA FILIA

IMPETRARET

XI. KAL. SEXTILEIS

QVO

PATOVIVS EVERGETA

DIEM SVPREMVM OBIIT

DE

BENEFICENTIA IOANNIS, ELECT. SAXONIS

POTIORA REPETERE

ATQVE ITA

SPECIMEN ANIMI GRATI MEMORISQVE

PVBLICE DARE VOLVIT

IOANNES GVSTAVVS OBERKAMPFIVS

VVITTENBERGAE, LITERIS HAEREDVM GERDESIANORVM

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

*Beneficentiae
laudem
non parant
diuitiae
sed consilium
obtemperandi
Deo
suae dignae
indigent*

Ioannes H.

*Dei uerbum
edificat*

commendat

Inconslute, sed magnifice tamen, largiendo, lautum patri-
monium certius effunditur, quam gloria beneficentiae, pru-
dentum e iudicio, paratur. Cum enim aditu uirtutis nemo,
bonorum autem possessionibus magna pars hominum, pro-
hibeatur, utique minorem opum uis, quam animi prudentia,
in omni materia honestatis commendationem habet. Igitur
circumscribenda porius natura liberalitatis finibus consilii uide-
tur, et eius quidem consilii, quod diuinæ memor auctoritatis
diurnique commodi studiosus capit. Atque ea demum ad
opitulandum alacritas, libertate circumspecte et sapienter usa,
diligentiam mirifice alit, solatur egestatem, et decus immortale
affert, cum e contrario beneficij, sine cura cumulati, prodigos
celerrime poenitere possit

Quae cum ira sint, Ioannis Electoris Saxonis propensissima uo-
luntas, quam erga ciues stipendiorum indigos habuit, ad Saxo-
num memoriam idoneamque rationem imitandi propagari debet.
Is enim Deo duce hanc mentem suscepit, ut amari, quam
timeri, mallet, ipsumque mutui amoris desiderium, nisi locuple-
tatis ciuibus, se negaret expleſſe. Eo quippe literæ, quæ ad
bene beateque uiuendum omnino pertinent, ualuerunt, quas
ille, puer adhuc, facere magni coeperat, cum Friderico III,
auunculo, reuerentia Numinis incluto Cæsari, traderetur. Ea-
rum legendarum tanta cupiditate flagrauit, ut diurna nocturna-
que manu uersaret codicem, et, cum ob aetatem punctorum
uicem oculi non ferrent, articulatum filiae uocem, tanquam ad-
ministram domesticae religionis, exaudiret. Earundem ipse
cognoscendarum studio mirabili accensus, Augustae Carolo,
qui Vindelicis doctoribus tamdiu silentium, quoad comitia fie-
rent, imperare statuerat, se cibo et potu facilius, quam institu-
tione christiana, cariturum, respondit, atque sua manu, si qua
diuini oratores scite proposuerant, mandauit palinxestis, quos
se suis oculis uidisse, Georgius Fabricius testatur, quos etiam
Altenburgi in ducali bibliotheca asseruari, Ioannes Christfrid
Sagittarius memoriae prodidit. Earum denique literarum per-
petuitatem tanti aestimauit, ut non solum his fiduciam uestigijs
V. D. M. I. A. E. et ipse quam familiarissime uteretur, et suorum
puerorum praetextam togam distingueret, sed etiam, cum an-
cipiti periculo premi uideretur, se sui capitis iacturam aequius,
quam uerbi coelestis, laturum significaret, parique fortitudine
Caesaris sustineret impetum, fractosque Saxonas in iustissima
causa, hinc patrum uotis, hinc minis barbarorum, hinc Dei
praesidio, nobilitata confirmaret. Nec minus eum in morte,
quam in uita, tenuisse constantiam, neque de Seruatoris am-
plexu pontificiorum ullis insidijs auelli atque abstrahi potuisse,
certum et exploratum est, postquam turpitudinis notam, pul-
cherrimae morti oratione fordida nugatorum inuistam, plures
ueri defensores secutus, Martin. Schmeizelius deleuit. At lon-
gum foret, enumerare documenta, quibus, quam sancte Prin-
ceps

ceps Numinis sententias obseruaret et coleret, plane compro-
 bavit. Vnum addo, quod a proposito non alienum arbitror.
 Post fata Friderici fratris summa rei Saxonicae penes Ioannem
 solum fuit. Id tempus noui Electoris iudicium et indulgen-
 tiam uel maxime requisit. Namque rustici, Cyclopie bar-
 bariae hamaxagogae, Sueuorum aliquot Comitum intemperantia
 conciti, et Thomae Munzeri, cui facem Andreas Bodenstein^{shf}
 praetulerat, rustica eloquentia, uelut hamo pisces, inescati, spi-
 ritus sibi et arrogantiam sumere, praefectos de loco deicere,
 nouasque res moliri non dubitarunt. Stat sententia Principi,
 effrenatam audaciam ita coercere, ut cum plebe remissius aga-
 tur, et populus de officiis, quae constare in magistratum par-
 est, diligenter sancteque seruandis commonefiat. Deliguntur
 spectatae prudentiae uiri, qui, exploratis Saxonicae pubis inge-
 niis, unde seditionum tempestas tam turbida coorta sit, sci-
 ficentur. Illi, reuertentes ex itinere, causam haud postremam
 tantae calamitatis rentur esse, quod magistri morum indignius
 aluntur. Quo factum est, ut sumtus, publice negati, profici-
 scantur a uoluntate uulgi, cuius temeritati sermo saepius, quam
 honestati, seruit, idque his temporibus satis accommodate, qui-
 bus, inito matrimonio, sacerdotes rei domesticae curam ha-
 bent. Tum Fridericus Myconius et Iustus Menius, uterque
 simplex et apertus Gothanorum concionator, ille Luthero, hic
 Melanchthoni, percarus, per literas, quibus fortunarum accessio
 petebatur, commode Ioannem monuerunt, principes a Deo
 nutricos ecclesiae nominari. Quem Elector titulum, inaudi-
 tum ante, cum Philippo coram egit, a quo factus certior, dele-
 ctationi et dignitati sacrarum personarum ita prospexit, ut nul-
 lum locum utriusque amplificandae praeteriret. E pluribus
 Lutheri epistolis intelligi potest, quot theologos, perspecta fide
 et miseria, iuuerit, eo cum fructu, ut multitudinem, impetu
 actam, cum quaeuis loca laus Principis personaret, irritae ma-
 leuolentiae taedium caperet, summotisque uno praelio nequi-
 tiae ducibus, gloria parendi inflammaret, adeoque id omne
 bellum prius, quam erat undique constatum, exstingueretur.
 His laetus euentis, Ioannes Nutricius opes ita prouide distri-
 buit, ut neque suae mensae, neque aliorum instruendae, dees-
 set. Non omnem pecuniam, in aerario sanctiori conditam,
 erogauit, sed fructum aliquem repetiit ab officinis uitae soli-
 tariae, quas ante fortunis impente locupletauerat. nam deci-
 mo sexto seculi anno mille florenos legauerat iis, quos, duro
 uitae instituto inductus, crediderat, uirtutibus homines ante-
 ire. Postero autem tempore cum eniteretur, ut perditissi-
 mum quemque a libidinibus arceret, ex quibus sumtibus para-
 fiti Papae molliter et delicate uixerant, indidem iustitiae prae-
 cones nutricatus est, eaque prolixae naturae moderatione, et
 quantum Lutheri iudicio tribueret, et quam caute suos dona-
 ret, declarauit. Ipsum Mart. Lutherum, fulua stola humiliter
 ami-

Belli rustici

fuit

in causis

uicibus salariis

quod

*Ioannes
nutricus ecclesiae*

scripsit

*ex relictis
monasteriorum*

Lutheranos facit

superbiais

Lutherum

FK 96 1753

*Holu nigra
Donauis
etc*

amicum, inter alia munera ueste nigra sumtuosius ornauit, quam Martinus, pompae et magnificentiae alienissimus, uix pateretur. Cetera, quae in templa, quae in pauperes, utraque domicilia Numinis, beneficia contulerit, propter ea tacemus, quod ista laus communis est electoribus nostris. Nam satis apparet, bonum Ioannem rationem liberalitatis apte iniisse, quia cultu benignissimi Dei suaeque sapientia, duplici moderatrice omnium factorum, adiutus, operam dedit, ut ex diuitiarum affluentia salus reipublicae nasceretur

Attinet, huius tam benefici Ioannis egregiam famam, ab Laurentio Lindemanno uerbosius recitatam, intueri hoc die, quo tam grata me uoluntas, quam auctoritas illius, quae apud me maxima esse debet, ad extollendam donationem Ioannis plurimum incitauit. Officium facio diuis manibus IOANNIS PATOVII, cuius uitae exitum undecimus calendas Sextileis attulit, quem diem mundi fecisse initium, sacerdotes Aegyptii coniecerunt. Nunc igitur, qualis et quantus Vir ille, cuius supremus dies spem longam inchoauit, extiterit, commemorare iuuat. Is enim summa religione, fide in herum, administratione rei familiaris, pluribus ornamentis animi, cum adhuc superstes esset, eluxit, et perpetuitate legati etiam post fata meruit *docilitatis nutricius* appellari. Nam effuse liberaliterque donauit iuuenes, qui uersantur in literis, ne Saxonem Electorem magis nomine, quam laude benignitatis, imitatus esse uideretur. Atque illud bene constituit, ut *Patouiani heredes*, ex ordine ualentibus praerogatiuis, annuo praemio specimen beneficiarii afficerent, uidelicet, ut in delectu competitorum aequae cauti, ac prompti ad soluenda aera forent. Quam ob rem uehementer laetor, summi auctoritate testimonii me perfrui. Rebus enim meis adest FRIDERICVS GVILIELMVS HEROLDVS, dignitate munerum sat grauis, grauior tamen amplitudine beneuolentiae, quae, quanto plus potest, tanto est conspectior. Adest DOROTHEA FRIDERICA ELEONORA, uirgo pia, modesta, elegans, tam genere, quam cultu, nobilis, quae summum sexus familiaeque suae decus, perpolitata humanitate, conseruat. Huius utriusque, et Patris et Filiae, uno iudicio doni Patouiani usura anniuersaria decreta mihi fuit. Nec dubium est, quin commendatio Generi Neptisque apud comem et affabilem DOROTHEAM SOPHIAM, *Patouianae* indulgentiae uerissimam imaginem, maximum sit habitura pondus. Quibus ego omnibus mearum fortunarum arbitris et architectis solennes ago gratias, non eas ubertate sermonis, sed gratificandi studio, metiendas. Cum enim *Heroldina Stirps* me gratia, pecuniis *Patouiana Coniux*, adiuuet, in animum induxi, bona rite collocare, et, quantum meis precibus, pro salute et flore *Patouianae Heroldinaeque Gentis* quotidie fufis, impetrari a Deo, queat, experiri

m

107 00

n
r.
a
a
-
-
n
a
-
o
e
-
S
-
-
n
t
-
n
s
-
-
n
e
-
r
,
A
n
,
s
-
-
I
,
n
n
,
-

ULB Halle 3
007 650 396



VD 18



11/27

Vc
1753

CVM

GENEROSI DOMINI

IOANNIS PATOVII

DYNASTAE IN NEVDECK, GLICHE

ET MALLENICHEN

LEGATARIVM BENEFICIVM

MANV ALMA

GENEROSAE MATRONAE

DOROTHEAE SOPHIAE

VIDVAE PATOVIAE

AGANTE IN PRIMIS

STISSIMA VIRGINE

RIDER. ELEONORA

AMPLISSIMI VIRI

CI GVILIELMI

ROLDI

ICTI

CONSILII BELLI AC DOMINII

ATV MAGDEBVRGENSI

ONSVLIS PRIMARII

IVITATE HALENSI

SSIMA FILIA

IMPETRARET

KAL. SEXTILEIS

QVO

VS EVERGETA

I SVPREMVM OBIIT

DE

IOANNIS, ELECT. SAXONIS

IORA REPETERE

ATQVE ITA

NIMI GRATI MEMORISQVE

Blice dare volvit

IOANNES GVSTAVVS OBERKAMPFIVS

VVITTENBERGAE, LITERIS HAEREDVM GERDESIAORVM

